

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Aduocati r  
cum fonte primo

Si quis armatur pecunia  
tanquam loricis argenteis  
torrentis impetum Tulliani,  
fulgur incursus Hectorei,  
robur uirtutis Herculee,  
uersipelles Vlixis  
uilipendit astucias.  
In tantum et enim habendi fames incanduit  
ut dyaletice muta sit subtilitas,  
rethorice languescat ciuilitas,  
ubi nummorum perorat pluralitas.

Alanus de conquestione nature.

Si quis enim armatur pecunia  
tanquam loricis argenteis,  
torrentis impetum Tulliani,  
fulgur incursus Hectorei,  
robur uirtutis Herculee,  
uersipelles Vlixee  
calliditas floccipendit argutias.  
In tantum etenim habendi fames incanduit,  
ut dialetice muta sit subtilitas,  
retorice languescat ciuilitas.  
Vbi nummorum perorat pluralitas,  
iam Tullius sui monetam uendit eloquii,  
sui pudoris monilia in auri precium conmutat  
Lucrecia, Penelope sue mercenaria castitatis  
pudorem deponit in precio.

Alanus de Insulis, *De planctu naturae*, 12  
(N.M. Häring ed., p.855, ll.94-100).